

**Disputatio Theologica, in qua expenduntu Verba Esaiæ XLV, 14.15. De Christo  
Vero Deo**

Recusa, Hamb.: [Verlag nicht ermittelbar], 1739

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn871009269>

Druck Freier  Zugang





49 d. 5.

49.

Fa-1092(49.)

1. Romanus Toller de Philosophismo exegeticis. Lips 1790.
2. Herm. Christ. En galilean Pentateuch dictiorum scripturarum v. t. a man. gesta priuata. 35  
finitio eradicatorum. Rostock 1720. 34
3. Jo. Christian. Klemens de veritate historicae doctrinae Profanac ex monumentis historicis usq; politissimis instis adfracta vob 1776.
4. Jo. Friedr. Cottae specimen lemnorum ad Gen III, 22. Got 1738.
5. Prog. de acquisitione Del Patrio in satisfactione Iesu Christi ad Jan VIII, 21. Mezum 1790.
6. Phil. Bau. Krauter de sensu literali promissionum et brabantis et injuriarum famini epes factarum. ad Gen XXII, 3, XXII, 10, Gal III, 16. Ies. 1738.
7. Jerem. Frederici de angel redemptore Patriarchae Iesu collubatora ad Gen XXII, 26. & XXVIII, 15. Hof XII, 4. Lips 1729.
8. Friedr. Guid. Stromaejer de Jacobi de Graecis vaticinis ad Gen XXIX. 14, 15. Got 1738.
9. Jo. Friedr. Audax de benedictione Iudee ad Gen XXIX, 8-12. Rost 1702.
10. Henr. Schaltius de II 1792 ad Gen. XXIII, 26. Alton, 1790.
11. Prog. de ad Exod XII, 15. Lips 1736.
12. Friedr. Friedr. Kettnerus de sanguine foderis ad Exod XXIV, 5. Lips 1700.
13. Gottfr. Sieuff de functione Foderis Sacrae ad Gen XXI, 10-11. Brem 1708.
14. Georg Michael Doderlein de Candelabris Iudeorum facies ad Exod. LV. Wtob. 1711.
15. Jo. Christi. Habenstreit de sacrificio et perjuro offereando ad Gen. V, 12-26. Lips 1739.
16. Sam. Andreas de aduertendo nunquam legi cuius imputato ad Gen XII, v 20. Marp 1605.
17. a. Jo. Mart. Haesius de jure iurandi. Iudeo aetate juregl. to Jos. 14 Got 1737.
17. b. Jur. Georg. Zetnerus de Debetis inter Propheticas eruditio.
18. Prog. et al 1700. ad Ies. 2 Lam VIII, 12 Lips 1738.
19. Christ. Sam. Schaefferus de Duae contra Nabalem ad Iam XXIV, 22 Lips 1700.
20. And. Georg. Wekwerd de Endorenpi Prostigia abr. ad Iam ad VIII, 16 173.
21. Dem de Duae, in abiturum vitorum, et ultimum numeri exponit got ad Iam VIII, 2. Got 1738.

22. Baeth. Rebello de Davide peccante et presentante ad adam  
xlii et i. Paralipomenon. xlii. Argent 1605 rec 1703.
23. Sam. Aug. Sung-han de terra Ephir. Lijp 1737.
24. Geor. Christo. Dachsel de vocatione Elias ad reg. xxv. 16. dij 1700.
25. Dau. Otto Wahrendorff de resurrectione Ioh. cum Soterie Fanta  
cum Paralipomenon. Crisp. Gott 1738.
26. Seb. Gibrid. Lareki Dis. in loca quendam Palmarum Davidis in  
laudem regis sui et deus v. in die i. mensis marte adhibita. Goraphia  
1706.
27. Progr. de Regis. Cheryne Elogium ad p. II. Helmst. 1713.
28. Paul Giorgio a Pettijen de corone. Dijp. per coram. ad p. II  
xlv. 2. Dan. f. in Viadr. 1727.
29. Jo. Geor. Naumann de ipso melioris vita ad 17 XVIII. 15. Witteb  
1701 rec. 1716
30. Christo. Aug. Hermanni Commentarius in p. XXI. 15. Gott 1730.
31. Geor. Ludov. Oederus de Pane Angelorum ad p. LXXXVIII. 25. Oued. 1730.
32. Pau. Giorgio a Pettijen de aureo candelabro templi ad p. XXV. 3.  
Ley XXIV. 4. Apr. 1711. Symbolo Davidis ad p. LXIX. 15. Gott 1730.
33. Geor. Ludov. Oederus Commentatio in Prover. XXIV. Oued 1704.
34. Eurden Commentatio c. Jes VII. 8. 9. id 1704.
35. Joh. F. Koeben de p. 53. Jes 12. 6. grot. 1662.
36. Jo. Phil. Heffner de Christ. vero deo ad Jes XLVI. 14. 15. Regio  
1605. Wes. Hamb 1739.
37. Mich. Waelherus de Christo deo alfordito ad Jes XLVI. 15. Witteb 1690.
38. Joh. Jac. Bosius de Spontae ornatae splendoris ecclesiae & T. symbolo  
ad p. XLIX. 10. Lipp 1728.
39. Joh. Heffner de pluvia mystica ad Jes. LV. 10. 11. Witteb. 1675.
40. Joh. Geor. Michaelis de carne symbolo Prophetarum ad Jes. LVI. 10. 11. Fost. 1733.
41. Joh. Christ. Hohenstreich de Iesu Christi Corp. ad III. com. 19 iiii. Diuallen  
do dij 1737.
42. Diet. Kern. Rommerich de eloquentia Jeremias ad Jerem II.  
Lipp 1703.

43. Andr. Daniel Habichtkofius de gloriis et honoribus Iesu Christi ad  
deo datis ad zach 8, 17, 28. Roff. 1699.
44. Georg. Fidr. Wicel de jaceund calorum ad Hag. XIV, 2. Joh.  
1790.
45. Jo. Weih. Roleff Jonar illustratus et vindicatus contra Herren  
von der Hardt. Ad Halberst. 1720.
46. Carp. Gotfr. Medius de gloria templi seuandi ad Hagg. II, 10.  
1661. ruf. Jer. 1719.
47. Jon. Cen. Schramm de concordia de gloria templi seuandi ad  
Hag. II, 10. et Actos II, 1. Helv. 1738.
48. Prop. de sanatione in alio folio institutio ad Malacab. IV.  
1. ger. 1797.
49. Gust. Geor. Leitnerus de virginis eruditis Judea per transfusam  
veritate zach 1, 7. Met. 1717.
50. Jon. Cen. Schramm de shaccabao de resurrectione christianorum  
veritatis testibus ad 2 Malacab. VII, 1. Helv. 1700.







36.

# DISPUTATIO THEOLOGICA,

in quâ  
expenduntur

*Verba Esiae XLV, 14. 15.*

DE

# CHRISTO VERO DEO,

Quam

DIVINA ADJUVANTE GRATIA,  
JUSSU SUPERIORUM,  
PRO LOCO  
PROFESSIONIS EXTRAORDINAR.  
IN THEOLOGIA,

Habebit

JOH. PHILIPPUS PFEIFFER,  
S. THEOL. DOCTOR, P. P. GRÆC. LING. ORD.  
ET BIBLIOTHECARIUS ELECTORALIS.

RESPONDENTE  
GEORGIO BODENDORF,

Regiom. Prusso.

Ad diem Marti, Horis ante & pomeridianis.

IN AUDITORIO MAJORI.

Regiomonti. M. DC. LXXXV.

Recusa Hamb. 1739.

37.

38.

4

43.

4

45.

4

DFG



## I.

38.

3

4

43.

4

45.

4

4

**E**saiæ XLV. 14, 15. sic legimus: *Hec dicit Dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopæ & Sabaim, viri sublimes, ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis, pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur.* Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator.* Ubi Sabaim aliqui eosdem faciunt cum Æthiopibus, quasi Sabaim iidem essent, qui Abyssini, quos Æthiopæ interioris seu superioris populum esse constat. Verum Propheta distincte loquitur de Æthiopibus & Sabaim. Unde per illos quidem intelliguntur Æthiopes: quorum regio dicitur *Chus*, sicut Ægyptus *Mizraim*. Per hos autem ipsi Sabæi, qui majorem felicis Arabiae partem *Ostio & Carmanis proximam* tenebant, teste Pomp. Mela I. 3. de Situ orbis c. 8. & dicebantur à *Saba* metropoli, quam *Mariabam* vocat Strabo, lib. XVI. Geogr. f. m. 887. Stephanus de Urbib. & Populis, plurali numero dicit σαβαῖς, πόλις μεγάλην, πλήσιον τῆς ερυθρᾶς θαλάσσης καὶ Φρέσιος, *Urbem magnam & castellum prope mare rubrum.* Josephus procul dubio respiciens ad hujus urbis fundatorem, lib. I. Antiquit. e. VII. à *Saba* *Chusi* filio, cuius mentio fit Gen. X, 6, 7. qui à *Cham* ortus fuit, Sabæos dictos putat. Servius, per allusionem quandam ἀπὸ τῷ σέβεδαι, nomen eorum deducit, quod *Deos*, ipsorum thure venerarentur populi. Abundabat enim apud Sabæos, thus: quod cum ad finitimos & exterios transmittenterent, ut alia quibus propter fertilitatis copiam, ad molliciem & oculum gaudebant, nec indigebant, divitias colligebant. Hinc Virgil. I. Georg. *India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.* Lib. item II. Georg. --- *Solis est thurea virga Sabæis.* Plinius autem, lib. VI. N. H. c. XXVIII. *Sabæi, inquit, Arabum, propter thura clarissimi.* Vocantur autem hic ἀρδεῖς οὐψηλοὶ viri subli-

mes, excelsi, si non ob staturæ proceritatem, ideo tamen quod in montosis habitarent, præsertim cum Saba in monte, arboribus pleno jacuerit, teste Strabone lib. XVI. Geogr. vel quod propter divitias sublimes facti, hoc est, elati, vel etiam ad sublimitatem & gloriam quandam ab aliis evecti essent. Unde Syrus eos dicit, *viros spectare dignitatis.* Arab. *Viros præstantes.* Ægypti autem *labor* dicitur, sicut & *negociatio* Æthiopiæ, per metonymiæ quandam speciem, pro iis quæ Ægyptii suo labore, Æthiopes autem sua *negociatione* sibi pepererunt. Ægyptios namque constat ex agricultura, imprimis vero equorum educatione & artificiosa fabrilium elaboratione, quæ laborem habent magnum, divitias sibi concessisse. Unde etiam dicitur III. Reg. X, 28, 29: *Educebantur equi Salomonis de Ægypto ----- Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis scilicet argenti, & equis centum quinquaginta.* Æthiopes autem ex *negociatione* sibi conquirebant divitias, quemadmodum vel ex Jobi XXVIII, 19. colligere licet, ubi commendatur *Topacius* de Æthiopia. Poteat etiam *labor* Ægypti accipi, pro ipsis laboriosis sive industriis Ægyptiis: & *negociatio* Æthiopiæ, pro *negociosis* Æthiopibus. Sæpe enim inter duo substantiva in statu regiminis posita, prius loco adjectivi est. Utpote inter alia, Genes. XVII, 5: *Et erit in patrem רָמָן גּוֹיִם* multitudinis gentium pro *τολλῶν ἐθνῶν* multarum gentium, sicut est Rom. IV, 17. Similiter I. Cor. I, 21. dicitur: *Placuit Deo διὰ τῆς μωρίας τὴν κηρύγματος* per stultitiam prædicationis h. e. per stultam (quæ carnalibus hominibus stulta videatur) prædicationem *salvos facere credentes.* I. item Thessal. I, 3: *Μηνεούντες ὑπῶν τὴν ἡγεμονίαν τῆς πίσεως, καὶ τὰ κόπτα τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς επομονῆς τῆς ἐλπίδος.* Recordantes *vestrum opus fidei* h. e. operosam fidem, & laborem charitatis, h. e. laboriosam charitatem, & tolerantiam spiei, h. e. tolerantem spem. Sic autem rursus Ægyptus & Æthiopia per metonymiam, ponuntur pro incolis Ægypti & Æthiopiæ. Cyrilus Alex. Com. h. l. post Saba

baim

38.

baim videtur constituere comma, & tam Aegyptios quam Aethiopes & alios nominare sublimes s. excelsos, quasi conspicuos & notissimos, & nulli non cognitos. Hilarius lib. IV. de Trinit. f. 74. prater Agypt. Aethiop. & Sab. per excelsos viros adhuc alios intelligit. Per Aegyptios autem Aethiopes & Sabaos per synecdochen, intelliguntur omnes gentes.

II. De his dicit Deus per Prophetam: *Ad te transibunt, & tui erunt.* Post te ambulant vinceti manicis, pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. LXX: Επί σε διαβησονται, καὶ σοὶ ἔσονται δέλαι, καὶ ὅπιστος σε ακολυθήσοται δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ διαβησονται πρός σε, καὶ προσκυνησούσται σοι, καὶ ἐν σοὶ προσέκυνονται. Id est, *Ad te transibunt, & tibi erunt servi, & post te sequentur vinceti manicis, & transibunt ad te, & supplicabunt tibi, & in te orabunt.* Ubi per manicas intelliguntur vincula manuum, quibus viesti solent constringi, qui in victoris s. comprehensoris sunt potestate. Quo sensu vox hæc occurrit Ecclesiastici XXI, 22: πέδαι ἐν πάσιν αὐτοῖς παρεδίαι, καὶ ἀσ χειροπέδαι επὶ χειρὸς δεξιῶν. *Compedes in pedibus stultis disciplina, & quasi manica in manu dextra.* In Hebr. οὐπι dicta sunt, quasi retinacula vel apprehensoria, à πρι vincire, ligare. Unde catenas denotant, seu compedes Job. XXXVI, 8. Psal. CXLIX, 8. Jerem. XL, 1, 4. Intelligitur autem omnimoda subjectio & summa veneratio: quam tamen ultro subituri sint isti populi Gentiles. Non enim dicitur: co-gentur transire, sed *transibunt*, non, tuos facies, sed: *Tui erunt, ambulabunt vinceti, pergent, adorabunt, deprecabuntur, quæ omnia spontaneum motum indicant.* Id quod etiam probatur ex causa impulsiva, quæ statim subditur: *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus.* Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator. LXX. expresse per conjunctionem causalem ὁν, prioribus hæc subiungunt: ὁν, inquit, ἐν τοι ὁ θεός εστι. *Quia in te Deus est.* Syrus: - - - *Te adorabunt & in te orabunt:* Εο quod in te sit Deus, nec aliis sit præterea Deus.

A 3

Si-

Similiter & Arabicus: *Ad te venient, te adorabunt, & in te preces fudent*, quod *Deus in te sit*. Possunt tamen etiam hæc verba esse declarativa venerationis, quam populi isti gentiles exhibuti essent ei, ad quem transituri essent: & quem ultronea subjectione essent adoraturi.

III. Sed quis est, quem hic alloquitur Deus, inquiens: *Ad Te transibunt & Tui erunt. Post Te ambulabunt . . . Te adorabunt, Te deprecabuntur. Tantum in Te est Deus, & non est absque Te Deus. Verè Tu es Deus absconditus.* Nonnulli hic intelligunt Israël, sive Judæam, quasi Ægyptii, Æthiopes & Sabæi ad Israël essent transituri, & foedus cum ipso inituri, suscepta religione Judaica, postquam visuri essent prosperari illud, eique benedici à Deo. Jam, dici quidem potest, quod in Israël tantum sub V. T. fuerit Deus, & quod fuerit absconditus Gentibus, juxta quod Psal. CXLVII, 19, 20. dicitur: *Qui annunciat verbum suum Jacob, justitias & judicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis.* Verum nullibi legitur istos populos transisse ad Israël, aut foedus suscepta religione ejus, cum ipso pepigisse: multo minus legitur, Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, se in servitutis jugum Judæis dedidisse, aut vel externo aliquo ac civili cultu eos adorasse ac deprecatos esse. Nec quicquam facit hic interpretatio eorum, qui dicunt, Israëlitas potitos esse opibus Ægyptiorum, Æthiopum & Sabæorum, cum, strage per Angelum facta, ad moenia Jerusalem in castris Sennacherib & Assyriorum (Esa. XXXVII, 36.) spoliis eorum fruerentur, quæ constabant ex rebus Æthiopum & Sabæorum, & ex labore Ægyptiorum, quos diripuerit Assyriorum iste exercitus. Non enim de spoliis suscipiendis loquitur Deus, nec de strage quadam futura; sed de ultronea quadam subjectione Ægyptiorum, Æthiopum & Sabæorum, cum qua conjuncta debebat esse adoratio & deprecatio ejus, cui se essent dedituri. Unde apparet, quam inepta sit hæc interpretatio. Quod si Judæi sperarent,

38.

7  
rent, adhuc populos istos transiituros ad Israël, eique se  
dedituros, unde hoc probabunt? Numquid prosperitas,  
qua nunc fruuntur Judæi, populum aliquem Gentilem fa-  
cile permoveret ac concitaret, ad ultro subeundum ipsorum  
jugum, qui ipsi sunt sub jugo? Aut nunquid formata  
ipsorum resp. quam non habent amplius; aut ipse cultus,  
quo nunc Deum venerantur, aliquos alliceret populos,  
præsertim vero Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, ut ad eos  
transeant, se eis submittant quasi vinciti, eosque adorent ac  
deprecentur, cum juxta vaticinium Oseæ c. III, 4. *sedent sine  
rege, & sine principe & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod,  
& sine Teraphim?* Igitur alium oportet esse eum, de quo di-  
cit Deus per Prophetam: *Ad Te transibunt, & in te erunt. Post  
te ambulabunt, te adorabunt, & deprecabuntur.* Quis ille?

IV. An dicamus, eum esse Cyrus, Regem Persarum?  
Hunc sane alloquitur per Prophetam Deus, ut v. 28. ante-  
ced. ita v. 1. hujus XLV. capituli, eique, promittit opes, vi-  
ctorias, prosperos successus, & eversionem monarchiæ  
Chaldaeorum, ad hoc ut ipse Judæos Babylone liberet. Id  
quod etiam post ducentos & decem à prophetia annos, in  
Cyro fuit impletum. Hic enim eversa Babyloniorum  
monarchia, & constituta Persica liberavit Judæos, ex ca-  
ptivitate Babylonica Esdræ I, 1, 2, 3, & ædificare jussit tem-  
plum Hierosolymis, restitutis vasis domus Domini, quæ  
abstulerat Nebucadnezar, Ibid. v. 7. juxta quod etiam versu  
anteced. 13. Esa. dicitur: *Ipse Cyrus adificabit civitatem meam,  
& captivitatem meam dimittere.* Hieronymus notat Comm. in  
cap. XLIV. Es. v. 1. ex Josephi undecimo Judaicæ Antiqui-  
tatis volumine (c. 1.) legisse Cyrus ab Esaia de se certo vaticina-  
tum nomine: *& idcirco Judæos quasi Dei familiares plurimum dilexis-  
se.* Hic & Ægyptios & Æthiopes & Sabæos & alios popu-  
los sibi subegit, teste Xenophonte, cuius hæc sunt verba  
lib. VIII. Instit. Cyri f. 233: *Cyrus exercitum Babylonem coëgit,  
babuisseque proditur ad centum viginti equitum millia, currus falca-*

43.  
4  
45.  
4  
4

tos bis mille, peditum millia sexcenta. Quo apparatu facta, expediti-  
 onem illam suscepit, qua nationes universas sibi subiecisse dicitur,  
 qua extra Syriam ad mare rubrum usque sedes suas habent. Postea  
 suscepta in Aegyptum fertur expeditio, qua Aegyptum subegerit. Ita-  
 que deinceps imperium Cyri terminabat ad Solem orientem, mare ra-  
 brum: ad Septentrionem, Pontus Euxinius: Occidentem versus, Cy-  
 prus & Aegyptus: versus meridiem, Aethiopia. Hinc Hieronym.  
 c. l. scribit: Legamus Xenophontis octo librorum Cyri majoris histo-  
 riā, & prophetiam Esaiā cernemus expletam. Quae enim civitas  
 illi non patnit? Quis non regum terga subjecit? Qui muri prius inex-  
 pugnabiles, non illius obsidione subversi sunt? Adhac non tantum  
 Aegyptii & Aethiopes & Sabai, sed & omnes adeo gentes  
 post Cyrum ambularunt, miro in ipsum affectu exsuscitati.  
 Erat autem, inquit Xenophon c. l. ea hominum erga ipsum ad-  
 fectio, ut natio quavis detrimentum accipere se duceret, si non Cyro  
 mitterent, quicquid ipsis egregium in regione sua vel nasceretur, vel  
 aleretur, vel arte perficeretur. Itidem quavis urbs, quivis homo  
 privatus opulentum se arbitrabatur, si rem gratam Cyro prestatisset.  
 Porro & adoraverunt ipsum. Quod omnium primo  
 contigisse Cyro, refert Arrianus lib. IV. Expedit. Alex. p.  
 266. Sic enim ibi Callisthenes ad Anaxarchum, inter a-  
 lia loquitur: Si vero de Cyro Cambysis filio dicitur, primum omnium  
 mortalium Cyrum ab hominibus adoratione cultum faisse, atque ab hoc  
 submissionem hanc Persis & Medis permansisse, cogitare te oportet Scy-  
 thas populum inopem, liberum tamen, Cyri insolentiam compescuisse.  
 Tandem & de Cyro quodammodo accipi posse ista, vide-  
 tur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vatabl:  
 Revera in te est Deus, prater quem nullus est aliis. Utut enim  
 Cyrus fuerit gentilis & idololatra, tamen operabatur in  
 ipso Deus, quasi ceteris omnibus repudiatis, & ad hoc op-  
 pus ineptis, ut & Babylone everteret, & Judaos captivos liberaret. Et revera Cyrus neque pugnavit, neque vi-  
 cit, sed qui per ipsum operabatur, tantum Deus, prater  
 quem non est aliis Deus. Hic Cyri dexteram direxit, ut  
 &

38.

3

4

43.

4

45.

4

9

& Babylonios feriret, & Judæos liberaret. Qua ratione  
& cap. X, 5. Esa. dicitur, indignatio Dei fuisse in manibus &  
virga Aſſur, cum per eum percussit ac punivit Deus, Ju-  
dæos pariter & alias gentes. Sic Cyrus instrumento fuit  
Deo ad evertendum Babylonios, & liberandos Judæos:  
sicut hodienum ſæpe Turca, vel alii infideles instrumen-  
to Deo ſunt, tum ad alios liberandum, tum ad alios pu-  
niendum, quamvis nec ipſi agnoscant Deum, nec alii  
cognoscant, hoc in iſtis Deum operari. Unde mox fe-  
quitur v. 15: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator.*  
Quasi Deus occulte per Cyrum ſalutem ſui populi, & in-  
ternacionem Chaldaeorum operatus fit, ut Cyrus & alii,  
præter pios, id non ſalutaliter cognoverint. Quomodo  
& ſupra v. 5. dixit Deus per Prophetam, ad Cyrus: *Accin-  
xi te, & non cognovisti me.* Interea captivorum laxatio, &  
Dei in populum ſuum clementia, cunctis gentibus Deum  
fecit notiorem. Ad quod inſervivit promulgatio Cyri fa-  
cta ad omnes gentes, per edictum, *nullum eſſe Deum, niſi  
ſolum Deum Israël,* Eſdræ I, 2. Hieronymus Comm. in v.  
14. Eſ. XLV: *Qui ſequuntur literam, dicunt Aegyptum & Aethio-  
pes gentesque Sabaim, que trans Aethiopiam eſt ſerviſſe Cyro, & ei  
gentes ultimas fuisse ſubjectas, atque ex admirabili intellexiſſe victo-  
ria, quod in eo eſſet Dominus, & non eſſet alijs præter eum, quod  
in illo habitaret Deus.* Ex quibus colligitur, quod Deo ſint  
tribuenda, quæ bene à magistratu aut præfecto, etiam in-  
fideli & impio geſta ſunt: &, quod Deus utatur indignis  
quoque instrumentis, ad promovendum bonum ſuorum  
fidelium. Sicut & Chrysostomus obſervat, Homil. VIII.  
in Epift. ad Coloff. inquiens: *Deus ad Cain loqui dignatus eſt  
propter Abel, Diabolo propter Hiob, Pharaoni propter Joseph, Nabu-  
chodonosori propter Daniclem, Belsaffari propter eundem.* Et Magi  
quoque revelationem consecuti ſunt, & Caiphas cum eſſet occiſor Chri-  
ſti & indignus, prophetavit propter ſacerdotii dignitatem. Poteſt  
etiam ex hiſ colligi, quod impio quoque magistratui ſit

parendum, utpote & in quo imperet & gubernet DEVS. Notat etiam Gregorius M. scribens lib. II. Moral. c. VI, ne Diaboli quidem potestatem unquam esse injustam, licet voluntas ejus semper sit iniqua. *Quia*, ut ait, *a semetipsa voluntatem habet, sed a Domino potestatem.* Denique hinc elici potest, unum esse eundemque Deum, qui & malum faciat pœna scil. atque afflictionis, & bonum, sicut v. quoque 7. anteced. hujus cap. indicatur: Amosi item III, 6. & Ecclesiast. XI, 14. Quod olim negavit Marcion, qui duos statuit Deos, *unum bonum & alium malum; alterum invisibilium, alterum visibilium conditorem.* E quibus prior lucem faciat, secundus tenebras, ille pacem, hic malum, cum utrumque pro diversitate meritorum unus Deus idemque considerit: prout loquitur Hieronymus Comm. in Ef. XLV, 7. Marcionem antecessit Credo, secutus est Manes: quorum uterque in duobus principiis duos Deos dixit, unum bonum alterum malum, teste Augustino lib. de Haeresib. ad Quodvult. n. XXI. & XLVI.

V. Verum, si verba Dei hie per Prophetam prolata recte perpendamus, non ad literam, sed ad spiritum attentes, facile patebit, ea dicta esse de Christo, sub typico Cyri. Neque enim sic omnia præcise & exacte impleta fuisse in Cyro dici possunt, quemadmodum habet prophetia. Quæ enim est ista ultronea subjectio populorum, quam vincti essent subituri, impulsi ad hoc per religionem & agnitionem veri Dei; quoniam qui Cyro se dederunt, invite magis ipsi fuerunt subjecti quam ultro, cum metuere habuerint exercitum Cyri, constantem centum viginti equitum milibus, curruum falcatorum duobus milibus, peditum milibus sexcentis? Quæ est ista adoratio & deprecatio Cyro à populis facta, cuius meminit Propheta, præter illam civilem? cum adoratio & deprecatio propriæ debeat Deo. Adeo ut hinc Callisthenes apud Arianum lib. IV. Expedit. Alex. p. 264, scribat: *Cæterum statuta sunt*

38.

sancti inter homines divini & humani honoris discrimina, cum multis  
aliis rebus, tum templorum exadificatione & statuarum erectione Dei  
enim delubra consecramus, inique sacra facimus & libamus. Rursus  
hymni Deorum sunt, laudes hominum; sed non cum adoratione con-  
juncte ἀρρενοφύλακα τῷ τῆς προσκυνήσεως νόμῳ. Hominibus si-  
quidem a salutantibus oscula dantur: eos vero (Deos) edito loco pos-  
tos, ne contingi quidem fas est, ideoque adoratione τῷ προσκυνήσεως  
coluntur. Conf. Aristot. I. Ethic. III. Ast nuspiciam legitur  
hujusmodi adoratio Cyro facta esse a populis. In Christo  
vero haec leguntur esse impleta. Ad hunc enim ultro  
transfierunt gentes, quando a nemine coactæ, solo Spir-  
itus S. impulsu, repudiata idololatria Christiani facti sunt,  
audita verbi prædicatione. Cujus transitus initium con-  
stitutum est festo Pentecostes, in quo memorantur per u-  
nicam Petri prædicationem ad Christum transisse, animæ  
circiter ter mille, Actor. II, 41. Hieronymus Comm. in cap.  
XLV. Es. h. l. Servisse ei Ægyptum, & Æthiopes, & Sabæi, ex-  
celso viros, nemo dubitat, cum ei mundum videat subjectum, &  
pancarum nomine nationum, qua habitant in extremis finibus terre  
cunctos ceteros cardines & omnia terræ littora ei creditura prospiciat.  
Ad Christum transfierunt ultro vii sublimes & excelsi, h.e.  
in magna autoritate constituti, magnis item decorati ho-  
noribus, quales fuere tum alii, tum Jovinianus, Valen-  
tianianus, Constantinus M. Rex Iberorum. Christi etiam fa-  
cti sunt non Ægyptii tantum & Æthiopes & Sabæi, sed etiam  
omnes populi, juxta promissionem ipsi a Deo Patre factam,  
Psal. II, 7, 8: *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me,*  
*& dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos*  
*terra.* Post hunc ambularunt viucti, Petrus, Actor. XII, 6.  
Paulus, Act. XXI, 33. XXVIII, 20. II. Tim. I, 8. Ad Philem. v.  
1. 9. Martyres: qui ultro vincula pertulerunt, ut Christi  
calcantes vestigia, post eum ambularent. Babylas Episco-  
pus Antiochenus, adeo vincitus manicis ambulavit post  
Christum, ut ne in sepulcro quidem, vinculis quibus in

martyrio erat constrictus, carere voluerit. Mandavit enim illis, qui cadaver ipsius collecturi erant, ut ea secum sepelirent, quo sibi jacenti essent ornamento. Quod etiam factum esse, & postea repertum, legitur apud Suidam in Lex. voce *Βαθυλασ*. Post Christum vinceti charitatis nexu ambularunt, & adhuc ambulant omnes vere fideles, dicentes cum Apostolo, ex II. Cor. V, 14: *Charitas Christi constringit nos.* Cyrus Alex. Comm. in Ef. c. XLV. h. l. sequentur te vincitis manicis: *Insistent, inquit, tuis vestigiis, Evangelica lege manuducti, ad quacunque agenda, & excellentis vita semitam transibunt, vinciti manicis, id est, charitatis nexibus & compedibus inexplicabilis in Deum pietatis, ut dicere queant (Rom. 8, 35.): Quis nos separabit a dilectione Christi? afflictio? num angustia? num persecutio? num famae? num nuditas? num periculum? num gladius?* Perreverunt, hoc est, contento gradu ire, runt: cuius rei inter alios exemplo sunt illi, qui tempore Valentis, Edessa Mesopotamia urbe ad martyrium ulro in magna copia festinarunt, tanquam vererentur, ne quis deesset ad mortem. Inter eos vero mulier quædam una cum parvulo, quem ulnis gestebat cursu rapido, irrupto etiam Officii agmine ad supplicii locum properabat, & cum Praefectus eam retrahere conaretur, quarendo, annon audiverit, ibi omnes Catholicos esse interficiendos; *Audivi, inquit, & ideo festino, ut ibi inveniar.* Cum porro quæreret, quo parvulum istum traheret; respondit: *Ue & ipse martyrium consequi mereatur, teste Ruffino lib. II. Histor. Eccles. c. V. Christum etiam adorant gentes, juxta promissionem Ps. XXI (XXII), 28: Et adorabunt in conspectu ejus universa familia gentium. Pingues terra. ibid. v. 30. Christum deprecantur, ei- que supplicant omnes. In ejus nomine omne genu se flectit, caelestium & terrestrium & inferorum, & omnis lingua confitetur, quod Dominus sit Jesus Christus, ad gloriam Dei Patris. Philip. II, 10, 11. Conf. Ef. XLV. 23. Rom. XIV, 11. Adorant ipsum, ei- demque supplicant omnes reges, juxta Psal. LXXI. (LXXII),*

9, 10, 11: Coram illo procident *Æthiopes*, & inimici ejus terram lin-  
gent. Reges Tharsis & insula munera offerent: Reges Saba & Ara-  
bum dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges (terrae),  
omnes gentes servient ei. Conf. Esa. XLIX, 7. Cujus adoratio-  
nis & supplicationis initium fecerunt *Magi*, primitiae gen-  
tium, viri excelsi. Matth. II, 11. Et sic quoque Christo  
cessit labor *Ægypti*, & negotiatio *Æthiopum* & *Sabaim*: in  
muneribus, quæ non *Magi* tantum, sed & alii Principes ac  
Reges extractis templis, & in cultum divinum erogatis di-  
vitiis contulerunt. LXX. habent: ἐνοτίστεν Ἀγύπτῳ λα-  
boravit *Ægyptus*. Sed cessavit ejus labor, ut & cœterarum  
gentium, cessante idololatria, ubi Christi doctrina inva-  
luit. Hieronym. Comin: *Pulcre quasi laborantibus in errore*  
*idololatria cessare labor *Ægypti* nominatur.* *Cyrillus* *Alexandr.*  
*Comm.* in *Ef.* *XLV.* *h. I:* *Laborarunt*, inquit, *bifariam intel-*  
*ligendum.* *Vel* enim illud vult insinuare, *defatigatos fuisse* &  
*afflictos intolerabiliter*, *erroris tempore crudeli tyranno subjugatos Sata-*  
*na* & *gregibus demonum servientes*, *sacrificia* & *fructum ipsorum*, *fi-*  
*lios inquam*, & *filias depositentibus*: *vel olim diros* & *infraictos*, &  
*propugnatores antiqui erroris* & *omni fretos robore*, *ut Græcanica* *im-*  
*pietati sue juveniliter adhærescant.* At postquam illuxit *Christus*, &  
*veram lucem omnium in corda immisit*, & *veluti mentis ac intelli-*  
*gentia quidam lucifer exortus est*: *laboraverunt*, *id est*, *non manse-*  
*runt*, *ut ante pervicaces*, & *remiserunt veluti de pristina contentio-*  
*ne ac vehementia*, *victoriisque ipsius prædicationi cesserunt.* Nec  
*falsa fuit aut mendax de illis oratio.* Sic enim sapientissimus *Paulus*  
(*Rom* V, 20.) scribit: *Ubi abundavit peccatum, eo magis*  
*excelluit gratia.* Nam *Ægyptiorum terra* *augustis* & *sancitis Ec-*  
*clesiis plena conspicitur.* *Altaria ubique* & *greges monastici*, & *vir-*  
*ginum examina*, & *exercitiorum labores* *cum ingenti voluptate*, &  
*cursus ad virtutem*, & *magna alacritas* & *fervens*, *ac impedimenta*  
*non sustinens*: *Christique cultum* *ad ipsos usque Sabaim* & *Indicas gen-*  
*tes protendit ac propagat.* *Est enim*, *est videre etiam apud illas*, &  
*apud negotiatores *Æthiopie* quæcumque sunt in *Ægypto*.* Factum &

hujus rei initium, cum Christus Herodem fugiens ductu Josephi & benedictæ genericis, Hermopolim Ægypti venisset. *Tum enim cuncta Ægyptiorum simulacra diffuxere, Christi non ferentia adventum: juxta id, quod de eis ab Esaiæ est dictum* (cap. XIX, 1.) *teste Niceph. Callisto lib. X. Hist. Ecclesiast. c. XXXI.* Ex his autem deducitur, quod Christi regnum sit catholicum. Quem enim Regem omnes adorant, cui omnis serviunt, quem omnes deprecantur, ejus regnum non est alicui angulo Orbis inclusum, sed per omnes ejus partes diffusum. Quod notandum adversus Luciferianos & Donatistas, & eos, qui horum sunt sequaces. Patet etiam hinc, quod regnum Christi non sit coactivum. Ad quem enim Regem gentes ul̄tro debebant transire, cumque viñctis manicis sequi, solo caritatis complexu, ejus regnum non est coactivum. Unde porro sequitur, Christianæ religionis esse, non cogere religionem. Habent etiam hic Judæi luculentum testimonium, Messiam jam venisse, & quod Christus verus sit Messias, utpote in quo prophetia hæc Esaiæ impleta est.

VI. Porro, quod sequitur: *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus.* *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator*, quomodo exacte Cyri personæ conveniat? *Nisi forte*, inquit Hieronym. Comm. h. I. *Theodotionis utantur editione*, qui transtulit: *In te est fortis, & non aliis præter eum Deus, propterea tu fortis absconditus, Deus Israël Salvator.* *Quocunque se verterint, non valebunt laqueos veritatis effugere* (Judæi, & qui historiam tantum sequuntur). *Fac enim esse in Cyro Deum, & non esse alium præter eum, qui sit in Cyro Deus, quomodo Cyri personæ dici conveniet:* *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator?* H. I. *Hebræi* quidem ut animadvertis idem Hieronymus) stulta contentione nituntur, usque ad eum locum, ubi legitur: *Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus, vel ad Jerusalem, vel ad Cyrum dici.* *Hoc autem quod sequitur: Verè tu es Deus absconditus,* Deus

Deus Israël Salvator: subito ad omnipotentem Deum apostropham fieri: sed stultis etiam (utimur verbis Hieronymi) perspicuum est, unum contextum esse sermonis, nec posse sensum dividi, qui in ipso narrationis ordine & ratione conjunctus est. De Christo igitur hæc verba accipienda sunt. In hoc tantum est Deus, juxta quod ipse dicit Johan. X, 30: *Ego & Pater unus sumus.* Et Johan. XIV, 11: *Credite mihi, quod ego in Patre sum, & Pater in me.* Conf. XVI, 32. Sic & Apostolus II. Cor. V, 19: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Præter Christum non est Deus, & absque, ipso non est Deus. *Unus est enim Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, I. Cor. VIII, 6.* Et nullus præter eum videtur alius esse, qui unus est, inquit Hilarius lib. IV. de Trinit. f. 75. Sic idem sibi tribuit Christus, & Christo Apostolus, quod ei tribuit Pater. Et Pater idem hic tribuit Christo filio, quod supra sibi tribuebat v. 5. & 6. XLV. cap. Esaiæ: *Ego Dominus & non est alius: extra me non est Deus. Ego Dominus & non est alter.* Sic etiam informat sermonem, ut aperte confitet, Christo rectissime omnia convenire. Patri enim non recte diceretur: *In te est Deus.* Hoc Christo competit, cum sit ejus humanitas quasi templum divinitatis. Et absque ipso non est Deus, quia ipse solus cum Pater & Spiritu Sancto verus est Deus. Quod statim etiam stabilitur his verbis: *Verè tu es Deus.* Et confirmat idem Apostolus ad Rom. IX, 5. inquiens: *Quorum sunt Patres, & ii, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus, benedictus in secula.* Quod si Christus non esset verus Deus, quomodo Pater ipsum dixisset verum Deum; & quomodo idem ei tribuisse, quod sibi, qui dixit Esa. XLII, 8: *Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo.* Unde hic luculentum habetur testimonium de divinitate Christi contra Judæos, Arianos & alios Hæreticos, qui & olim eam impugnarunt & hodiendum impugnant. Idque urgent adversus eos Veteres, Comm. in h. l. Esa. XLV. Hilarius autem

tem lib. V. de Trinitate. Et hæc etiam est illa *περιχώρησις* Theologorum, qua Pater est in Filio, & Filius in Patre, & uterque in Spiritu sancto & Spiritus sanctus in utroque. Cujus mutuæ inexistentiæ causa est essentiæ unitas & identitas. Sicut & Joh. Damascenus docet, inter alia, lib. III. Orthod. fid. c. V. de tribus in divinitate personis ita loquens: *Quamvis enim per se quæque subsistat; hoc est, perfecta fit hypostasis, & suam proprietatem, hoc est, existendi modum diversum habeat, tamen unitæ sunt essentia & naturalibus proprietatibus; & eo ipso, quod non separatur Filius, neque à paterna hypostasi recedit, unus Deus & sunt & esse dicantur.* Rursus c. XI: *Etenim, inquit, in sese invicem insunt hypostases; non ut confundantur, sed ut sibi bareant, secundum Domini sermonem dicentes: Ego in Patre, & Pater in me est.* Et paulo post, ita pergit: *Uniantur enim, ut diximus, non ita ut confundantur: Sed ut invicem bareant, ac mutuam in se commemationem habeant, sine ulla confusione, commissioneque.* Neque porro extra se considunt, aut secundum substantiam secantur, cuiusmodi divisionem Arius instituit. *Indivisa quippe in divisis, ut uno verbo dicam, est divinitas.* Magis hoc declarat Athanasius Orat. IV. Arianos perstringens hunc in modum: *Quia filium germanum γνωστὸν ē Patre esse non sentiunt, de germano filio mentiuntur, cui soli dicere convenit: Ego in Patre, & Pater in me. Est enim Filius in Patre, quatenus intelligere licet, eo ipso, quod totum id, quod est Filius, substantia Patris proprium est.* *Quemadmodum ex luce splendor, & ex fonte fluvius: adeo ut qui videt Filium, videat id, quod proprium est Patris, & intelligat esse Filii, ex Patre derivari, & sic in Patre esse.* *Est autem & in Patre Filius, quoniam quod Patris proprium est, hoc ipsum est Filius, sicut in splendore Sol, & in verbo mens, & in fluvio fons.* Ad hunc enim modum, qui contemplatur Filium, contemplatur id, quod Patris substantia proprium est: & agnoscit, Patrem esse in Filio. *Nam cum id, quod proprium est, nempe divinitas Patris, sit esse Filii, consequens est, ut & Filius in Patre sit, & Pater in Filio.* *Etenim propterea merito*

cum

17

cum ante dixisset: *Ego & Pater unum sumus, adjectis: Ego in Patre, & Pater in me, ut & identitatem divinitatis, & substantiam unitatem ostenderet.* Nostrum est, hæc simplici fide apprehendere, deceptivas Hæreticorum strophas vitare, & de cœtero sic vivere, ut de nobis quoque dici possit: *In te est Deus, & non absque te Deus.* Illa enim demum beata gens est, *cujus est Dominus Deus ejus: populus quem eligit sibi in hæreditatem.* Psal. XXXII (XXXIII), 12.

38.

VII. Sed cui etiam recte competit sequentia verba: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator, nisi Christo?* Hic κατ' ἔγοντα est Salvator, *Iesus à νῷ salvavit*, juxta quod Matth. I, 21. dicitur ab Angelo: *Vocabis nomen ejus Jesus.* *Is enim salvum faciet populum suum à peccatis.* Est Salvator omnium. Nec enim est in aliquo alio salus: nec etiam est aliud nomen sub celo datum inter homines, in quo oporteat nos salvos fieri, nisi scil. in nomine Jesu, Act. IV, 12. *In nomine Jesu omne genu se flectit, cœlestium ac terrestrium & inferorum, omnisque lingua confitetur, quod Dominus sit Jesus Christus, ad gloriam Dei Patri.* Philip. II, 9. Hic omnium Salvator, est Deus Israëlis, juxta aliam prophetiam Esa XLIX, 6, 7: *Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, & feces Israël convertendas.* *Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra.* Israëlis autem Deus dicitur, quia Israël in ipsum, tanquam in suum Deum sperabat, cum gentes adhuc nondum essent illuminatae. Unde & solarium παράκλησις Israëlis dicitur Christus, Luc. II, 25. Δόξα item, gloria plebis Dei Israël, utpote in quo non confunderetur, sed celebraretur plebs Israëlis. Et hinc Emauntici discipuli dicebant: *Sperabamus eum esse illum, qui redempturus esset Israël.* Luc. XXIV, 21. Vel etiam Deus Israëlis dicitur Christus, quod esset promissus Israëli, tanquam Dei peculio: vel, quod Christus in carne, & in Christo Deus manifestari debebat non gentilibus, sed Israelitico populo, juxta quod etiam ipse dicit Cananæus Matth. XV, 24: *Non sum missus, nisi ad de-*

C per-

perditas oves de domo Israël. Quo pertinent ista quoque Augustini Serm. LXXIV. de Tempore cap. IV: *Ad gentes ipse non ivit: sed discipulos misit.* Εἰς τὰ ἵδια ἡλθε, *In propria h. e. peculium suum venit.* Joh. I, 11. Nascebatur inter Judæos, qui omnium erat Salvator, *Christus Dominus.* Luc. II, 11. Potest autem in Israele carnali, etiam spirituale intelligi. Ad quod attendit, hunc locum Esaïa interpretatus Cyrillus Alex. inquiens: *Servatorem Israëlis nominant (fideles) illum, qui humanitatem sumvit & carnem (ex Israel): illum eundem credentes esse, qui erat quondam Israëlitarum administratorem.* *Vel, Israëlem intelliges, non solum carnalem, sed etiam si quis alius Deus possit videre.* Interpretatur enim Israël, mens videns Deum, *Videt autem Deum mentis oculis, qui Dei ac Patri characterem nimirum Filium aspicit.* Huc omnes fidei intendamus nervos, huc omnem mentis vigorem conjiciamus, ut ad spirituale pertineamus Israël. Sic noster quoque erit Salvator, Christus.

VIII. Denique dicitur hic Deus, Israëlis Salvator, *absconditus.* Sic Hébr. habet textus: *Vere tu es Deus absconditus* מָרְתָּד abscondens te, *Dens Israël Salvator.* Syrus ita: *Verè tu es abditus Deus Israëlis, & redemptor ejus.* Extat Psalmus LXXV (LXXVI), 2: *Natus in Iudea Deus.* *In Israël magnum nomen ejus.* Pariter & de Gentilibus, dicitur, quod ipsis revelatum sit, Deum esse, adeo, ut hinc sint ἀναπολόγιοι inexcusabiles, Rom. I, 19, 20. Sed hæc cognitio Dei, non latius se diffundit, quam quatenus Judæis quidem se in verbo & miraculis revelavit: Gentilibus vero in operibus, præsertim autem in opificio Mundi, Rom. I, 20. Præter hoc, *absconditus* est Deus secundum essentiam pariter & voluntatem suam. *Dens enim inhabitat lucem ἀπόστολον inaccessibilem, quem vidit nemo hominum, neque videre potest.* I. Tim. VI. 16. *Deum nemo unquam vidit.* I. Joh. IV, 12, nisi à tergo, Exod. XXXIII, 23. *Judicia ipsius (quaæ referuntur ad ipsius voluntatem) sunt inscrutabilia, & via ejus inperveſtigabiles.* Rom. XI,

XI, 33. Absconditus autem est Deus etiam in Christo. 38.  
 In Christo enim ἀπόκρυφοι h. e. absconditi sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei. Coloss. II, 3. Hi thesauri etsi subinde per sermonem & miracula ē Christo emicuerint, obstat tamen assumpti corporis sacramentum, quo minus Deus in Christo agnosceretur ab incredulis & Principibus hujus seculi, qui ipsi eum ideo crucifixerunt, quod eum non agnoverint. Etenim si cognovissent, haud quaquam Dominum gloria crucifixissent. I. Cor. II, 8. Ad quod etiam cooperari oportuit, quod natus esset בָּלָם ab abscondita virgine sponsata viro, qui eam non agnoverat. Quo & Salomo respiciens, dixit Prov. XXX, 18, 19, sibi inter alia, absconditam esse viam viri בָּלָם in virg. abscondita. Huc autem pertinet quoque expositio Jonathanis Chaldaica, verba Prophetarum ita circumscribentis: *In veritate tu Deus, habitare fecisti maiestatem tuam בְּתַכְפָּתָן in fortitudine excelsa;* quasi corpus Christi, utpote organon divinitatis, fortitudo fuerit excelsa ac sublimis, h. e. robur habens excelsum & sublime, quod penetrari aut superari intellectu humano non possit. Evidem prædicabat Christus, *docens ἐξ ἡστατεύσας potenter, ad stuporem, Marc. I, 22.* Patrabat miracula & signa, quæ nemo prater ipsum facere poterat, nisi Deus cum ipso fuisset, Joh. III, 2. Sed magis dilexerunt homines tenebras, quam lucem h. e. ipsum Christum tam potenter docente, & signa ista ac miracula patrarent. Ibi tum impleta est prophetia ista Esa. VI, 9, 10: *Auribus audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non cernetis.* Quæ prophetia repetitur etiam Matth. XXIII, 4. Marc. IV, 12. Luc. VIII, 10. Impleta quoque est tum temporis hæc propheetia: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Servator.* Adhuc etiam impletur in improbis, Arianis item & aliis Hæreticis, & imprimis in ipsis quoque Judæis nondum conversis. Nam & his adhuc Deus Israël Salvator, est Deus absconditus. *Excoecatio ex parte Israëli accidit, donec plenitudo gentium ad-*

venerit. Rom. XI. 25. *Ad hunc usque diem, cum legitur Moses, velamen cordibus eorum impositum est.* II. Cor. III, 15. Talem occaecationem vitemus, amplectamur autem sic notitiam Christi, ut quotidie crescamus. Nam & nobis in verbo, utpote in V. T. figuris, typis & prophetiis: pariter & in virtute potentiae suae (juxta quam superabundanter facere potest ultra omnia qua petimus aut cogiramus) Ephes. III, 20. & juxta quam sibi subjecere potest omnia Philip. III, 21.), maxime vero in Sacramentis absconditus est Christus, praesertim in sacra Coena, qua ideo mysterium fidei appellatur. Igitur ut ille innotescat nobis ex verbo, scrutemur Scripturas Joh. V, 39: in Sacramentis autem & aliis mysteriis, captivam ducamus omnem cogitationem ad obediendum Christo, II. Cor. X, 5. Sapientiam Christus suis credentibus se occultat, ad tempus. Tunc illi conqueruntur ac dicunt: *Vere tu es Deus absconditus.* Sed mox semetipsis revelat juxta suam promisionem Esa. LIV, 8: *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna miserrus sum tui,* dixit redemptor tuus Dominus. Experitus hoc est inter alios Hiob, c. XIII, 24. & Dav. Ps. IX (X), 1. XII (XIII) 23. Antonius item eremita. Hic aliquando atrocissime verberatus a dæmonibus insultaret, Diabolus bonorum hostis admiratus, quod post tot verbera fuisse ausus reverti, omnia arma corripuit, cum suis satellitibus acrius eum impugnans. Colluctatus cum ipsis est Antonius. Permisit Christus quasi absconditus, sed non oblitus colluctationis servi sui, eidem protector factus est. Etenim cum tandem Antonius elevaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cujus splendoris adventum, nec dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor (quem flagellis & confectionibus suis Antonio intulerat Diabolus) extemplo deletus est. Aedificium quoque, quod paulo ante (malitia dæmonum) dissolutum fuerat, instauratum

ratum est. Tunc illico præsentiam Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens suspiria, ad lumen, quod ei apparuerat, loquebatur dicens: *Ubi eras bone Iesu?* *ubi eras?* *Quare non à principio affuisti, ut sanares vulnera mea?* Et vox ad eum facta est, dicens: *Antoni hic eram, sed expectabam videre certamen tuum.* *Nunc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni Orbe nominari.* His auditis exsurgens, in tantum roboratus orabat, ut intelligeret, se plus recepisse tunc virium, quam ante perdidera. Teste Athanaf. (l. quicunque autor est) in V. Antonii, prout habetur in Vitis Patrum, editis opera & studio Heriberti Rosweidi. Similiter Elisabeth Andr. Pannorum Regis filia, Ludov. Turing. & Hassia Landgravii vidua, matrona pia & calamitosa sàpè à Domino quasi abscondito derelicta sibi visa est. Matrem amisit gladii suppicio; maritum in locis exteris, propter navigationis naufragium: filium veneno enecatum. Ipsa præterea ab Henrico mariti fratre possessione est pulsa. Hæc cum aliquando nimio labore fatigata lassaque resedisset, oculis in cœlum intentis, fronte modo jucunda, modo tristi apparuit, & confessa est, se in nubibus vidisse Jesum, qui nunc se ostendens, latam reddidisset; nunc tegens, mœstam. Denique ipsum dixisse: *Bono animo esto filia, ego tecum sum, & se respondisse: Ita Domine, tu mecum atque ego tecum.* Autore Conrado Concionat. Elisab. Attendantamus hujusmodi exempla. Attendantamus etiam, ne quid in abscondito mali perpetremus. Deus enim utut absconditus videatur, ubique tamen est, & omnia videt. *Oculi Domini altissimi millies sole lscidores sunt, insipientes omnes vias hominum, & profundum abyssum: & hominum corda intuentes in absconditas partes,* Syr. XXIII, 26. Caveamus insuper & ab hypocristi. Novit enim Deus abscondita cordium, & cum venerit, illustrabit occulta tenebrarum. & patefaciet consilia cordium I. Cor. IV, 5. Si absconditi esse volumus, occultemur in nostris cubiculis ad orandum,

dum, juxta præceptum Salvatoris Matth. VI, 6: *Tu vero cum  
oras, introito in conclave tuum, & occluso oculo tuo, ora patrem tu-  
um, qui est in occulto: & pater tuus, qui videt in occulto, persolvet  
tibi in propatulo.* Sed & eo magis desideremus cœlum, in  
quo revelata facie videbimus Deum. Ubi videbimus Sal-  
vatorem nostrum, de facie ad faciem. Hiob. XIX, 25, 26.  
I. Cor. XIII, 12. Quod etiam desideravit Augustinus. Un-  
de Soliloq. c. I. n. 3. ait: *Odorem tuum haurio, vivo & gaudeo,  
Te autem non video. Vocem tuam audio, & revivisco; sed faciem  
tuam abscondis.* Forte dices: *Non videbit me homo, & vivet;*  
*Eja Domine, moriar, ut te videam.* *Videam, ut hic moriar.*  
*Nolo vivere, volo mori.* *Dissolvi cupio, & esse cum Christo.* *Mor-  
ri desidero, ut videam Christum.* *Vivere renuo, ut vivam cum  
Christo.*

IX. Verum vero sunt hæc verba quoque propheti-  
ca, verba resipiscentium & admirantium. Unde & LXX.  
ea sic legunt: *Tu enim es Deus noster & nescivimus.* Pa-  
riter & Arabicus Interpres: *Nam tu es Deus noster, nec scieba-  
mus, Deus ac Salvator Israëlis.* Cyrillus Alexandr. in Commi-  
Hac est, ait, pœnitentiam agentium vox, & jam ab errore & tene-  
bris ad lucem revertentium, & ad agnitionem veritatis transeun-  
tum, & natura atque vere Deum universorum fabricatores & Domi-  
num agnoscentium. Talis vox fuit illa Centurionis ad cru-  
cem stantis, & cœterorum dicentium: *Vere filius Dei erat iste,*  
Matth. XXVII, 54. Marc XV, 39. Talem quoque vocem  
procul dubio ediderunt Israëlitæ conversi, & Gentiles, qui  
ad Christum transiverunt. Talem autem vocem adhuc  
edent, non tantum Israëlitæ convertendi, juxta Hos. III, 5.  
Rom. XI, 25. sed (frusta licet) Impii quoque & Hæretici  
non conversi, quando videbunt, in quem pupugerunt, Zachar.  
XII, 10. Joh. XIV, 37. Apoc. I, 7.

X. Quod autem Cyrus Christi sit typus, facile pa-  
tet. Cyrus enim lingua Perica *Cores* dicitur, quod *Siles* signi-  
ficit, ut Plutarchus observat in V. Artaxerxis Mnemonis.

Cui

Cui affine est Hebræorum **חֶרֶם Sol.** Quod nomen optime quadrabat in Cyrum, utpote qui quasi Sol affulxit Mondo & populo Judaico, qui sedebat in tenebris afflictionis Babylonie, quas discussit Cyrus. Sed in hoc factus est in typum Christi, qui est *Sol iustitiae*, Malach. IV, 2. *Oriens ex alto, qui illuxit his, qui in tenebris & umbra mortis sedebant*, Luc. I, 79. Cyrus junctis duobus populis Persis & Medis, contra Babylonem venit. Unde etiam dicitur *assensor vir biga*, Esa. XXI, 9. *Asini & camelii*, ibid. v. 7. Hieronymus in cap. XLV. Esaiae: *Cyrus Babylonem Chaldaeosque superavit: & junctis Medis agitator biga, id est, camelii & asini legitur.* Sic Christus junctis populo Judaico & Gentilibus, quorum ille asino, hi camelio comparari possunt, Babylonem & tyrannidem Diaboli evertit. *Expoliatos principatus ac potestates ostentavit, palam triumphans de illis per semetipsum.* Coloss. II, 15. *Fecit ex utrisque uni, & interstitium maceria destruxit.* Ephef. II, 14. Cyrus jam inde ab ineunte aetate singulari in omnes fuit humanitate, teste Xenophonte, lib. I. Instit. Cyr: *Eum quilibet amore prosequebatur, eique adhærebat.* Christus ad eo fuit humanus, ut *omnes admirarentur super gratia sermonum, qui procedebant ex ore ipsius.* Luc. IV, 22. *Omnes dependebant ab ore ejus,* Luc. XIX, 48. Cyrus ad hoc à Deo erat præordinatus, ut populum Israelicum è captivitate Babylonica liberaret: & cùm jam esset moriturus violenta morte, eam prævidens Diis gratias egit & sacrificia obtulit, ac filiis atque amicis suis prædictit. Monitus autem erat somnio: In quo accedere quispiam ad ipsum visus est, humana specie augustior, qui diceret: *Para te, Cyre, nam ad Deos nunc iturus es.* Quo somnio viso, excitatus est, propeque sci-  
re jam videbatur vitæ sibi finem adesse, prout refert Xenophon, lib. VIII. Instit. Cyr. Pariter & Christus à Deo Patre erat præordinatus, ut populum suum Israël, totumque ad eo genus humanum è captivitate Diaboli, mortis & inferni liberaret: & cum jam passionis ac mortis instaret tem-  
pus,

38.

3

4

43.

4

45.

4

pus, quod ipsum, utpote verum Deum, latere non poterat, Deo Patri suo immolavit sacrificium laudis & gratiarum actionis. Joh. XVII, 1. Suis quoque id prædictum Luc. XVIII, 31. Matth. XXVI, 29. Cyrus erat *unctus* Domini. Unde etiam *Christum* suum vocat eum Deus, Es. XLV, 1. Quod nomen Christo demum recte competit, Salvatori nostro. Ut pote, quem Deus unxit oleo latitiae praeconsortibus suis, quod oleum est Spiritus sanctus, juxta Es. LXI, 1. Ubi de Christo legitur: *Spiritus Domini super me, eo quod unxit me.* Quæ verba de Christo exponuntur Luc. IV, 18. Cyrus non legitur regali unguento *unctus*, & tamen à Deo vocatur *unctus*: Similiter autem & Christus, citra unguentum regale *unctus* est. Quod contra Judæos observat Hieronymus in Psal. CIV, 15, ita scribens: *Erubescant Judæi, qui dicunt: quoniam, si non aliquis ungatur regali unguento, non potest Christus vocari.* Hoc enim dicunt, quoniam Dominus noster, non est Christus, quia non est *unctus* unguento regali. Ecce ante legem Patriarchæ non *uncti* regali unguento, Christi (cit. Psal.) dicuntur. Christi autem sunt, qui Spiritu sancto unguntur. Ergo & Dominus noster justè vocatur Christus, quod illi negant euntes contra Scripturas. *Unctus* autem dicitur Cyrus, quia Rex erat. Hieronym. Comm. in cap. XLV. Es. v. 1: *Iste, Cyrus, appellatus est Christus, id est, unctus Domini: quod erat insigne apud Hebreos regia potestatis, ut quomodo apud nos diadema & purpura solis Imperatoribus datur, sic apud Hebreos regnaturi perfundebantur oleo.* Unde & Saul Christus Domini dicitur: & in Psalmis legimus: *Nolite tangere Christos meos: & in Prophetis meis nolite malignari.* H. I. Quid Christus erat, nisi Rex, de quo dicitur, Psalm. II, 6: *Ego constitui regem meum super Sion, montem meæ sanctitatis.* De quo ipse ad Pilatum, requirentem, an rex esset? Joh. XVIII, 37: *Tu dicas, ait, quod rex sum ego.* *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium feram veritati.* Fuit Cyrus, Orbis Dominus, Monarcha. Unde etiam de se dicit II. Paralip. XXXVI, 23:

*Omnia*

Omnia regna terræ, dedit mihi Dominus Deus cœli. Sed hoc  
 verius competit Christo, propter dominium & potestatem,  
 quam accepit à Deo patre, quatenus homo fuit. Matth.  
 XXVIII, 18. Philip. II, 9, 10, 11. Cyrus, & alii Reges ac  
 Principes, *terrarum* tantum Domini poterant appellari: sed  
 Christus non tantum terrarum dicitur dominus, sed etiam  
 cœlorum & omnium, quæ in iis sunt. Dicebantur illi  
 terrarum Domini: nec tamen totius in universum Orbis  
 erant domini, quia aliqua semper pars residua manebat,  
 quam suo regimine non attingebant; nec perpetuo istas  
 Orbis partes tenere poterant: Christo hoc relictum erat,  
 juxta Psal. II, 7, 8. Psal. LXXI (LXXII), 8. Unde etiam di-  
 citur *Rex Regum, & Dominus dominantium*, I. Timoth. VI, 15.  
 Apoc. XVII, 14. XIX, 16. Nec absque singulari Dei pro-  
 videntia factum est, quod Augustus, sub cuius imperio  
 natus est Christus, *Domini* appellationem, ut opprobrium  
 & maledictionem semper exhorruerit (quasi qui superio-  
 rem agnoverit Dominum, Christum). Teste Suetonio in  
 ipsius Vita, cap. LIII. Quem postea imitatus est Tiberius  
 (sub quo Salvator crucifixus est), teste eodem Sueton. in  
 V. ejus c. XXVII. & Alexander Severus, autore Ælio Lam-  
 pridio, in ipsius V. paulo post initium. Sed alio modo  
 Nero Imperator, *Dominus* vocatur, Act. XXV, 26. Do-  
 minum item se & Deum, per arrogantiam vocavit Domi-  
 tianus, teste Suetonio in V. ejus c. XIII. Similiter & Rex  
 Persarum se aliquando regum & gentium Dominum prædi-  
 cabat, apud Marcellin. lib. XIX. Rerum gestarum sub init.  
 Dominus Rerum & Mundi cluebat Imperator Romanus,  
 ibid. post init. Dominus orbis terrarum, eod. autore lib.  
 XXIX. in Valentianio & Valente, circa med. Dominum  
 quoque nostrum & Augustum se vocaverat Antoninus Dia-  
 dumenus, cum ad matrem suam scriberet, teste Ælio Lampridio.  
 Christus interim κατ' ἔξοχην Dominus & Mo-  
 narcha Mundi appellatur, sicut & *solus beatus*, I. Tim. VI, 15.

D

&amp;

38.

3

4

43.

4

45.

4

4

4

& solus *immortalis*. *ibid. v. 16.* dicitur. Cyrus erat pastor Dei. Sic enim *Esa. XLIV, 28*: *Dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis.* Christus, est verus Dei pastor. *Pastor ille bonus*, creditibus promisus, *Joh. X, 11.* De quo David *Psal. XXII (XXIII), 1.* dicit: *Dominus pastor meus, non deficiam.* Cyrus fuit servus Dei. Hinc enim dicitur, *suscitasse Deum, spiritum Cyri Regis Persarum, II. Paral. XXXVI, 22.* Sed servus Dei vere tantum fuit Christus, sicut dicitur *Esa. XLIX, 6. LIII, 11.* Et facit huc etiam, quod ipse de se ait Salvator: *Ecce venio (in capite libri scriptum est de me), ut faciam Deum voluntatem tuam.* *Hebr. X, 7.* *Sacrificium & oblationem nolnisti, corpus autem aptasti mibi.* *Ibid. v. 5. ex Psal. XXXIX (XL), 7. juxta LXX.* Quod juxta *Hebr.* textum legitur: *Aures perfecisti (perforasti) mibi.* Hoc est, assumisti me in servum, ut tuæ legi me subjiciens sponte, eam pro genere humano implerem. Respicitur autem ad servos, quibus in signum perpetuæ subjectionis, fibula perforabatur auris. *Exod. XXI, 6. Deuter. XV, 17.* Hinc mira hic elucefecit Dei sapientia: & nihil fortuito fieri deprehendimus, sed omnia secundum consilium & sapientiam Dei. Hic condescendit cum hominibus ita, ut ab humanis rebus eos perducat, ad abstrusissimam mysteriorum suorum cognitionem. Et ad hoc ipsi servire cogebantur Gentiles, ut Gentiles per id ipsum perducerentur ad salutem, conscientes omnia pulchre inter se conspirare. Sic verum quoque esse deprehenditur, quod Rabini dicunt: *Non est tam parva litera in Scripturis, à qua non maximi dependeant montes.*

XI. Sed, cur in hac prophetia tantum fit mentio *Ægyptiorum, Æthiopum & Sabæorum:* & initio quidem *Ægyptiorum*, cum Christus omnium factus sit populorum Dominus & Salvator? Neque hoc frustra factum est, sed per singularem Dei sapientiam. Absque dubio autem hoc factum, quod hæ Gentes partim propinquiores Palæstinæ, partim propter laborem & mercimonia nota Judæis essent:

&amp;

27

& quod propter idololatriam exosæ Judæis, in opprobri-  
um quasi eorum, citius essent recepturæ Christum, ut po-  
te Salvatorem totius Orbis Judæis promissum, quam ipsi  
Judæi: Quod item tum facile posset conjicere Israel, si  
non ex ipsis Christi miraculis & sermone, adesse Messiam,  
cum isti populi jam ad ipsum fuerint conversi. Ostendit  
insuper Deus, ibi maxime abundare gratiam, ubi maxime  
abundavit delictum, ut nemo de salute desperet. Quo  
respiciens Cyrillus Alex. h. l. *Nominat*, inquit, *Gentes omnium*  
*superstitiosissimas*, ut virtus & potentia vocantis ad pœnitentiam fiat  
admirabilis. *Quemadmodum enim artificium eorum*, qui medici-  
na periti sunt, tum imprimis laudatur, quando desperata valetudinis  
homines experimentis suis tempestive usi, liberare possunt: ita etiam  
Deus insignem gloriam suam illustriorem reddit, cum eorum aliquos,  
qui graviter lapsi sunt, ad ipsum infimum vitiositatis & impietatis de-  
trahi sunt, emergere facit & egredi, ut virtutem expetant, & mala  
aversentur, & res cum laude conjunctas suscipiant. Præprimis au-  
tem Ægypti hic fit mentio, quia Ægypti gens maxime e-  
rat dedita idololatriæ. Unde Hieronym. in XLV. cap.  
Esa. h. l: *Nulla*, ait, *gens ita idololatriæ dedita fuit*, & tam in-  
numerabilia portenta venerata est, quam *Ægyptus*. Sub Mose  
gravissimis plagis afficiebantur Ægyptii, magna que afficie-  
bantur ignominia, quod essent persecutores populi Dei.  
Exod. VII. seqq. Ad Christum igitur ipsi primi erant  
convertendi, ut rursus sanarentur, & novo honore affice-  
rentur. Ut hinc fieret salutis initium, unde constituit per-  
ditionis finis. Idcirco Christus alter Moses, Dux suæ ple-  
bis, Matth. II, 6. sua fuga omnium primos Ægyptios visi-  
taverat. Quod etiam prædictum est, Esa. XIX, 1. & 22.  
Ægyptus *tenebra* exponuntur, ob quod etiam Ægyptii, ty-  
pus sunt reliquorum populorum in tenebris sedentium, &  
in umbra mortis. Primi igitur hi nominantur, ut reli-  
qui designentur: & ut ostenderetur, implendum esse in  
Christo, quod dicitur Esa. IX, 2: *Populus qui ambulat in tenebris*,

38.

3

4

43

4


45


4

vidit lucem magnam. *Habitantibus in regione umbra mortis, lux ora-  
ta est eis.* Id quod vel ideo quoque notandum, ne pecca-  
toribus etiam gravissime occœcatis, gratiam denegemus  
Dei. Poteſt enim facere Deus, ex tenebris oſis Ægyptiis,  
ac populis extra gratiam constitutis, illuminatos & hono-  
ratos. Poteſt facere ex Saulis, Paulos. Quia Deo nihil  
est impossibile. *Luc. I, 37. Psal. LXXVI (LXXVII), 11.* Quo  
pertinent ista quoque Augustini, Libro de Pastoribus, c.XII:  
*De quo desperavimus, ſabito convertitur & fit optimus: De quo multa  
preſumſimus ſabito deficit, & fit poffimus.* Nec timor noſter certus  
eft, nec amor noſter certus eſt. Denique Saba, autore Hiero-  
nymo, Ep. CLI. conveſionem notat. Hinc conveſienter no-  
mini, Sabæos apparet, inter primo convertendos colloca-  
ri: Æthiopes autem, propter duritiam Judæorum. Quod  
hi, qui prorsus inconvertibiles videbantur, juxta *Jer.*

*XIII, 24. palmam eſſent præcepturi Judæis.*

*Tantum.*


















the scale towards document

rias & contemptus reportet, in tali præprimis urbe, quæ non consueverat audi-  
bhetas Judæos, "in extraordinaria legatione," quæ tamen non plane pro inu-  
ne opus vid. Daniel in Babylonia, nec valet, illum fuisse Prophetam dono, non  
prophetam fuisse, Belzaro. C. 7. Nebucadnezaro C. II. Aliisque  
Act. 9. Math. 15. Christus ipse. Deinde Judæi permuli per-  
ibus, quorum & miseri ci volebat Deus cum Judæis & propter Judæos, sicut olim  
hum Gen XIX. 21. vel decem justos Gen. XVIII. & sicut precipuum momentum  
rati onis trahere forsan pos sit ex extraordinaria Jona legatione Niniven, ita  
est h. l. temporis ratio quæ orania Enigmata pessundat, destruit ex aper-  
tis." coll: Math. XI. Accedit, memoraram Historiam de Phaorte & Cyaxare in tem-  
pore, quod Basis est, plane neque oppugnatio, neque expugnatio ulla urbis Ni-  
niven, quia non ita Hapach in hac significacione h. l. interpretari decet sicut רְנִינְוֵן  
pro vero sopore occurrit, sicut ubivis obviam est. Ha pecha vero extat semel Gen.  
versio omnimoda extat, qualis fuit Sodoma, Deut. 29. 23.  
18. C. 50. 40. Am. 4. II. "Ergo extraordinaria fuit eversio  
& Sodoma similis, quod & ceteræ comprobant circumstantiæ, expectatio Jo-  
næ 40. sc. dierum, ædificatio tabernaculi, quando cœlitus ignis hanc urbem con-  
terræ motum illam destrueret, ut terra os suum aperiat, illamque devoret Sam,  
ia adhuc ad "Oeconomiam temporis Jonæ pertinent 2 Reg. I. 10. II. seq. v. De-  
mirificis: Nisi excipias legationem velut Ordinariam, propter multos  
est 480. stadia, vel 8. millaria Germ: magna, Sephinah Superne testa-  
na literaliter & proprie sunt intelligenda, Amplitudo urbis, Ricinus, umbra,  
dibus, vel ex alia materia, Lev. 23. 24. Neh. 8. 15. hinc nomen proprium Suc-  
Gen. 33. 17. Vermis thola à Rad. Lua vorare, quippe qui tantum vorat, &  
ventre re constat, vel arroendo degluti, Boschartus Hieroz. P. II. C. 27.  
Eurus, dies atque nox, homines, aurora Solis injurya, Ira Joppe, piscis magnus,  
opus habeamus hinc inde de ceto Jonæ asservatis, e. g. In domo cathedrali Mag-  
ni, quod tamen ab aliquibus pars de Gigante dicitur, &c. Quibus tandem "tempe-  
stis, Cholericum sequitur" in quo terrestriores particulæ primas tenuerunt,  
inanus, morosus, in statu naturali, quæ tamen "vitia in Jona Renato Gratia  
in vita & criminis talia proruuntur," nam sic loquimur de naturali inclinatione,  
inale, si Furca expellere stades, tamen usque semper recurrit, sed non regnat. Et  
mirificis eluet, quod Deus his, mox aliis, aliorumque & diverso-  
æditorum hominibus utatur, "sicut in ipso stylo 58æ per συγκαλαβασιν  
um conceptibus se accommodavit ad indolem temperamentum, & conditionem Ama-  
rit o vid, Musæi Introd. XIII. Sic m. h. l. Deus cum Jona & sententia ejus erronea sed  
osa: quam imbecillitatem humanam, quæ Renatis etiam adhæret, Deus tolerat & exgra-  
tientissime condonat, sic inter imbecillitates humanas omnino recenseri debent quæ  
sed humano, labi prono, quod cupiat interitum Niniyes urbis Jonas, it. quod le-  
t, sed sicut Moses Exad. IV. 10. Jeremias I. 6. aliquie E. humanitus, it. quod ira  
ambitionis temperamenti specie, "prædicationem suam exitum annunciatam non  
in contemptum incideret, & licet alias "Melancholici laborum patientes sint,  
nixat propter commodum suum, Hic Renatus tamen Jonas licet nihil luci spe-  
s tamen recurrit indignationis & iræ propter solis injuriam, & dolores, Accede-  
nti vities, "summusque & intolerabilis solis in tam calida regione æstus, quæ cause  
nec magis mitigant, excusant, quod inuere videtur vox "Jithaleph," Animo  
res teguntur quasi, & corpori se subducunt; Quare Deus rogar: Num iuste exar-  
exempla Iræ frustranæ & ex imbecillitate humana orte in Renatis  
unt, Nec Jonæ nostro foli velut crimen magnum hoc imputari potest  
Moses, licet Deus permittrat, ut Renati sœpe crimina etiam committiant, ut  
legatione, &c. cum in finem, ut infirmitatis suæ admoneantur, alii ex

Image Engineering Scan Reference Chart UTT

111

Serial No.

TT263

UTT

Patch Reference numbers on UTT

C1 B1 A1 C2 B2 A2

B5 A5 20 18 17 16 11

10 09 03 02 01

C7 B7 A7 C8 B8 A8

C9 B9 A9

A10

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

100

110

120

130

140

150

160

170

180

190

200

210

220

230

240

250

260

270

280

290

300

310

320

330

340

350

360

370

380

390

400

410

420

430

440

450

460

470

480

490

500

510

520

530

540

550

560

570

580

590

600

610

620

630

640

650

660

670

680

690

700

710

720

730

740

750

760

770

780

790

800

810

820

830

840

850

860

870

880

890

900

910

920

930

940

950

960

970

980

990

1000

1010

1020

1030

1040

1050

1060

1070

1080

1090

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140

1150

1160

1170

1180

1190

1100

1110

1120

1130

1140